Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

tam. Et ad hec quis tam ydoneus. Non
enim sumus sicut plurimi adulterantes verbum
dei. sed ex sinceritate sicut ex deo. coram deo in
christo loquimur. Numquid incipimus nosmetipsos
commendare. Aut numquid egemus sicut quidam com
mendaticiis epistolis ad vos aut ex vobis. Epistola
nostra vos estis. scripta in cordibus nostris. que scitur et
legitur ab omnibus hominibus: manifestati quoniam
epistola estis christi ministrata a nobis et scripta
non atramento sed spiritu dei vivi. non in tabulis la
pideis. sed in tabulis cordis carnalibus. in christo
ihesu domino nostro. Lectio. Ego sum vitis. In in
RS. ventione s. crucis. Ad galath.
F Confido de vobis in domino ihesu. quod ni
chil aliud sapietis. Qui autem conturbat vos
portabit iudicium. quicumque est ille. Ego
autem fratres si circumcisionem adhuc predico. quid ad
huc persecutionem patior. Ergo evacuatum
est scandalum crucis. Utinam et abscidantur qui
vos conturbant. Quicumque volunt place
re in carne. hi cogunt vos circumcidi. tan